



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

18 Fal. in assaßino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

Sed tamen addit malè servari consuetudinem per Principes seculares, qui tales Clericos officarios premant, nec non pecuniarijs pœnis mulctent nec etiam in Gallia servatur jus commune. Cassaneus in consuetud. Burgundia rub. 1. §. 5. in glossa, s'il n'y a grace. Notavit Ignatius Lopes ad Bernardum Dias in praxi criminali cap. 61. littera B. Mattheus Boys Doctor.

18 Fal. In assassino.

Decimo octavo fallit in Clerico assassino. Quia talis potest etiam criminaliter puniri per judicem temporalem absque alia degradatione, per cap. 1. de homi. libr. 6. ubi quicumque princeps, & quantumcunque magnus prælatus seu quavis alia persona Ecclesiastica, vel secularis quempiam Christianorum assassinos occidi fecerit, vel mandaverit quamvis mors secuta non sit, aut eos receptaverit vel occultaverit, aut defensus-
verit excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio incurrit sententias ipso facto, est etiam cum omnibus suis bonis mundanis perpetuò diffidatus, & bannitus à toto populo Christiano, quæ verba important quod impunè possit occidi, secundum Angel. Perusi. consilio 13 & sequitur Gemi. in alle. cap. 1. quia idem est bannire & diffidare, quod statuere & præcipere, ut impunè possit occidi, ut no. in l. reos. C. de accusa. Quod etiam in conscientia liceret quando fieret zelo justitiæ, alias non, secundum Clava. in ver. assassinus versi. 2. diffidati enim de jure canonico videntur pro jure degradati, nam sunt hujusmodi personæ à jure expositæ, & datur cuicumque facultas capiendi personas: ut in cap. unico de schisma. sunt enim diffidati

dati cum personis & rebus, & sic à jure videntur spoliati privilegio Clericali, & positi in potestate cujuslibet Christiani, ut vult. *tex. in alleg. cap. 1.*

ADDE.

Adde de Clerico assassino, quod per Laicum puniatur, & de origine eorum vide pulcherrima apud Ignatium Lopes in pract. Canonica, cap. 96 numer. 4. & sequentibus. Clarum questione 62 numer. 29 Gabrielium latissime in communi opinio. Mattheus Boyss Doctor.

Nec requiritur alia sententia, postquam probabilibus constiterit argu mentis, istud scelus commississe, ut continetur ibidem quod intelligit *Clava. ubi supra ver. 4.* ut non requiratur alia sententia, secundum quam det licentiam occidendi & hujusmodi, quia sufficit quod sit declaratus assassinus vel fautor, ad quod benefa. *cap. cum secundum leges. de here. libr. 6.* Degradatio autem nihil aliud est quam denudatio omnium privilegiorum Clericalium: ut in *cap. degradatio. de pe. eo. libr. facit quod not. Io. And. in cap. cum non ab homine de judi.* ubi tenet quod Clericus incorrigibilis potest per Laicum puniri absque aliqua degradatione. Ita dicit & tenet *Domi. in alle. cap. 1. in fi.* de quo ultimo dicto vide quæ supra scripsi in secunda.

Decimonono fallit in Clerico, qui post assumptum Clericatum immiscuit se enormitatibus & sævis, & diu in illis perseveravit habitu & ton-

tonsura dimissis, qui depræhenditur in delicto,
 quia talis non potest se pro Clerico defendere,
 quominus per iudicem secularem puniatur: pro
 quo est tex. secundum unum intellectum in *cap.
 ex parte. de privil.* & de hoc etiam videtur esse
 tex. in *cap. perpendimus de sen. excom.* secundum gl.
*Vincentij Tancre Philip. Ab Anton. & Host. ac Io.
 An.* qui ad hoc inducit tex. in *cap. unico libro. 6. de
 vita & honest. Cler.* ubi Clerici Golifardi & bu-
 fones exercentes illam artem per annum per-
 dunt omnes privilegium Clericale, unde à for-
 tiori debent illud perdere, quando diu se immif-
 cent huiusmodi sevis & enormitatibus: & idem
 voluit Anton. idem communiter *Pet. de Ancha.
 in regula juris, eaque lib. 6. qu. 12 circa fi. quæstio-
 nis Licet Zaba. in repe. d. cap. perpendimus. & Si-
 cul. ibidem. & Clavas. in ver. Clericus 10 §. 1. te-
 neant contrarium, dicentes quod tales bene per-
 dunt privilegium. cap. si quis suadente 17 qu. 4. ut
 in præalle. cap. perpendimus & de apost. cap. 1. in
 princ. privilegium autem fori non amittunt nisi
 post monitionem. fa. cap. si index de sen. excom.
 lib. 6.*

Attamen præcedens opinio tanquam magis
 communis observatur, & de tempore meo fuit
 observata in personam filij Domini de Lanario,
 qui per insidias occiderat virum, cuius uxor erat
 ejus adultera. Et similiter in personam cujus-
 dam principis regni poenitentis accusati de cri-
 mine læsæ majestatis. Et illis, qui in sua causa
 tenuerant opinionem Sicul. & Zaba. non bene
 successit. Si autem bene vel malè novit ille, qui
 nihil ignorat.

20, Fal-